



1. De odio Variationis. P. P. Muller. R. J. B. Redel.
2. De spurio. A. S. Rossmasson.
3. De Principe legibus soluto. P. G. A. Struv. R. J. J. Hertel.
4. De Patrio. P. A. C. Romys. R. P. J. Gallorab Gallusfrin.
5. De murmuratione praescriptionem impediante.
P. J. F. Schneider. R. L. C. Luedecke.
6. De militia lecta provinciali. P. J. S. Stryck. R. J. Cab Otken.
7. De investigandis contractibus et actionibus ex
Contractibus, re, verbis, vel litteris initis.
P. S. Stryck. R. J. Kogelthg.
8. De Cimine gratiae. P. J. F. Schneider. R. J. G. Luedecke.
9. De Testimonio Principis. P. Idem. R. A. F. Bode.
10. De Unitate Patris et filii. P. Samuel van Laker.
11. De usu practico doctrinae difficillimae. Juris Rom.
de culparum praestatione. P. C. Thomasiq. A. C. B. Voss.
12. Paradoxon projure retractandi transactionem, novis
instrumentis repertis ad l. 35. ff. de re jud. et l. 19. ac 29.
C. de transact. P. J. P. Ludwig. R. B. B. Hoelder.
13. De vinculo matrimonii, ob legem affinitatis turpi vel
honesto. P. A. Goetsche. R. J. C. Schönberg.
14. De Coelibatu poenae nomine imposito. P. J. F. Ludovici.
R. S. P. Gaefer.
15. De Propinquorum in sponsalibus consensu necessario
P. H. C. Berdesig. R. J. C. Guel.
16. De statu Imperii Rom. P. J. V. Bechmann. R. J. G. Klein.
17. De iure ceremoniali circa Legatos. P. J. Brunineman.
R. S. P. Gaefer.
18. De Restitutione in integrum ob metum. P. L. Mencke.
R. J. F. Hoekner.
19. De litis contestatione eventuali. P. S. Stryck. R. H. Heinsig.
20. De eo quod justum est circa pactum executivum
ductu v. g. C. de pign. et hypoth. P. G. Darda. R. J. S. a. Dusefeldorf.

Q. D. F!
DISSERTATIO JURIDICA,
Quam Indultu
Magnifici Jctorum Ordinis
In Almâ Lipsiensi,

SUB PRÆSIDIO
VIRI

Summè Reverendi, Præ-Nobilissimi, Excellentissimi
atque Consultissimi

DOMINI

D. BARTHOLOMÆI LEONHARDI
SVENDENDÖRFFERI,

Jcti consummatissimi, Codicis Professor. celeberrimi,
Canonici Martisburgensis, Curiaè Supremæ & Facultat. Ju-
ridic. Assessor. gravissimi, hujusq; Academiaè
Decemviri &c.

Domini Patroni ac Promotoris sui
omni observantiâ prosequendi, colendi,

De

PRIVILEGIIS,

publicæ subjicit disquisitioni

CASPAR-CHRISTIANUS Seligmann/
Zittâ Lusat.

A. & R.

ANNO M DC LXXV. d. XI. Novemb.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ, Literis JOHANNIS GEORGI.

39. ~~40~~

D. D. H.
DISSERTATIO JURIDICA

Quam Induam
Magnifici Theodori Ordinis

Summe Reverende Prae-Nobilissimi Excellentissimi
arce Consilium

DOMINI
D. BARTHOLOMAEI LEONHARDI

in eorumdem Codicis Prohibitoris
Canonici Mandatorum, Quae Spem & Taciturnam
in hunc Modum

Domini Theodori de Promocoris sui
omni obsequio

PRIVILEGIIS

CASPAR CHRISTIANUS

anno MDCCLXXI. XI. Martii

M. D. C. C. L. X. I.

Dr. theol. Caspar Christianus



P R O O E M.

Officium legis est ut de negotiis hominum generaliter disponat *l. nam ad ea. s. w. d. ll.* Unde Papiniano commune dicitur Præceptum *l. lex est 1. w. cod.* Sed cum mutabilis actionum humanarum sit varietas, una omnibus lex satis congrua esse nequit. Hinc Jura singularia, hinc sæpius plura extra ordinem indulta; quæ Privilegiorum, (quod privos, id est singulos, concernerent *Gell. N. Att. lib. 10. c. 20.*) venerunt nomine: Quorum naturam modo inquirere animus sedet, FAXIT DEUS FELICITER!

Q. S. F. F.

Thes. I.

Privilegium est lex *l. in leg. 5. w. de testib. l. quæ ex relat. 2. C. d. ll. Et hic Gothofr. not. d. 5. sed & quoad Principi. 6. I. d. J. N. G. & C. Moxius Part. 2. Decis. 39. n. 3. Coler. Process. Execut. P. 1. c. 4. n. 1. f. 122. privata c. Abbate de V. S. c. Privileg. distinct. 3. Ferd. de Castro-Palao. Part. 1. Tract. 3. Disp. 4. Punct. 1. n. 1. f. 206. Emyl. Feretr. in authent. si quis. l. Procurat. 7. C. de Edend. n. 45. p. 81. Cujac. l. 15. Observ. c. 8. Suarez, d. ll. lib. 8. c. 1. n. 3. Wissenbach. in Dissput. 11. ad Reg. Jur. thes. 1. aliquid speciale Jul. Mancin. collat. lib. 1. c. 140. n. 12. f. 197. Zes. in Comment. ad w. de Const. Princ. n. 13. Id. in Comment. super Decret. de Privil. n. 1. Wagnerec. in Rubr. Extr. de Privil. n. 1. f. 903. ex singulari ratione indulgens Hahn. ad Wesenb. de Const. Princ. n. 2.*

Thes. II. Legis autem nomen obtinet privilegium non in stricto sensu, prout accipitur *s. Lex est 4. J. de J. N. G. & C. Suarez & Ferd. de Castro-Palao, cit. l. sed in significatione quâdam latiori &*

A 2

augu-

non scriptæ seu consuetudini opponitur. *§. sed & quod Principi. 6. l. de J. N. G. & C. l. Quod Principi. 1. w. de Const. Princ. Cenring. Diss. de Privileg. rectè conferend. & auferend. thes. 4.*

Th. III. Varias habet divisiones: Vulgatissima tamen & maximè usitata est, quâ aliud PERSONALE dicitur, aliud REALE *l. privil. 196. w. de Reg. Jur. l. forma. 4. §. quæquam. 3. w. de Censibus. l. ait. Prætor. 1. §. & datur. 13. w. de aquâ cotrid. l. verum est. 63. §. videntum. 1. π. pro secio. l. ex pluribus. 42. w. de pericul. & administr. tutor. l. 1. sed et si. 28. §. contra. 1. π. de Judic. & ubi. c. Mandata Extr. de Prescript. Hoc est, quod ex singulari ratione immediatè & directè alicui rei, muneri vel conditioni distinctæ à Personâ conceditur. *Sruv. Exerc. 2. th. 28. Rebhan. Hodoget. Jur. Chart. 2. clim. 1. Wissenb. in C. de divers. rescript. & Pragm. sanction. Georg. Achac. Emenkel. Baro Hohenheimens. de Privileg. lib. 2. c. 1. n. 2. Illud verò singulari ex causâ immediatè & directè fertur in personam ratione sui. Troming. consil. 4. n. 16. f. 46. Ferd. de Castro-Pal. cit. l. Punct. 2. n. 1. Udalric. Zafius super Infort. solut. matrim. l. Maritum. 12. Tom. 2. n. 22. f. 32.**

Th. IV. Ingeniosè animadvertendum est; Personam hîc loci nequaquam denotare eum, qui Privilegiò fruitur, quippe nulla hoc modo forent realia privilegia, quod omnia personæ utilitatem atque commoda principaliter & ultimè respiciant: sed subiectum, cui velut immediatè ratione sui ac indistinctè privilegii adhæret immunitas. *Franzk. in Comment. ad w. de Const. Princip. n. 37. 38. & seq. Carol. Tapia de Const. Princ. part. 2. c. 3. n. 21. 22.*

Thef. V. Facilius autem dignoscetur privilegium an rei, an personæ competat, si cum Svarezio & Franzkio *cit. loc.* examine-mus sollicitius MODUM PERSONÆ, cui concessa, & facta est gratia; CAUSAM ET RATIONES, quæ moverunt indulgisse; denique ipsius privilegii VERBA SEU TENOREM.

Thef. VI. Quod ad PERSONAM attinet, alia est PROPRIA, alia FICTA SEU MYSTICA *Wagner. in Rubr. Extr. de Privil. fol. 904. n. 4.* Illa consideratur vel ut particularis, aut unum aliquod individuum. *Sruv. Syntagm. Exerc. 2. th. 29.* vel prout respicit certum aliquem personarum ordinem aut genus, ut, Doctores, milites, minores, pauperes. Igitur si personam propriam priori intuearis sensu, utique privilegium, cum soli illi personæ competat,

neq̄

neque eam egrediatur, sed potius cum illâ finiatur, vocandum est
PERSONALE l. *Sordidorum*. 13. C. de *Excusat. muner.* lib. 10. l. *qui ob hoc*.
S. personis. 1. w. de *Jure immunit.* *Barbos. ad l. quia tale*. 13. w. *solut.*
Matrim. Tom. 2. n. 1. *Aymon. consil.* 239. n. 4. lib. 2. *Lal. Mancin. Disquis.*
Genial. c. 57. n. 3. p. 131. Posteriori spectata modo, privilegium mixtio-
nem respicit, & aliquid tum à reali, tum à personali participat.
Moraliter autem tale privilegium, quatenus conservationem il-
lius individuorum defectus nunquam impedit, aut minuit, perpetuum est, adeoque REALI simillimum: *Cravett. consil.* 929. num. 4.
Menoch. Præsumpt. 103. lib. 3. n. 14. *Mar. Freccia in tract. de subfend.*
lib. 2. de *ausc.* *Baron.* Eâ vero parte, quâ cum personâ extinguitur,
PERSONALE refert, & adumbrat. Quæ mixtio tamen inæqualis non
rarò existit, præponderante modo personalitate, modo realitate,
Donell. lib. 21. *comment. c. ult.* Factum denique privilegium dire-
cto personæ mysticæ, REALE dicitur atque PERPETUUM, l. *forma*
4. *S. quanquam*. 3. w. de *Censibus* quia & persona, cui impertitum est,
immortalis, propter continuam successionem l. *Proponebatur*. 76. w.
de *Judic.* & ibi *Gothofr. n.*

Thef. VII. CAUSAM intelligimus non impulsivam, sed fi-
nalem & propter quam gratia concessa est. Si enim Princeps ex
favore singulari, personæ sine aliquo respectu immediatè provide-
re voluit, utique privilegium personale æstimatur: Si verò indul-
geatur propter causam personæ non coherentem, pro reali habe-
tur, *Peir. Barbos. cit. l. n. 3.* *Natta consil.* 163. n. 4. lib. 104. n. 16. *Zaf. lib.*
2. *sing. respons. c. 4. post princ. Bald. in l. Maritum*. 12. π. *Solut. Matr.*
Aymon. consil. 404. n. 1. lib. 3. *Decius ad l. in omnibus causis* 68. π. de *Reg.*
Jur. n. 4.

Thef. VIII. Quibus omnibus tertium præsuppositum, ,
VERBA nimirum privilegii clariorem lucem sœnerantur. Hæc enim,
quando directè concernunt personam, regulariter PERSONALE
reputatur. Quoties verò rem extra personam, REALE censetur.
Aliciat. Respons. lib. 4. *consil.* 7. n. 16. *Barbos. cit. l. Ruin. consil.* 217. n. 16.
vol. 1. *Boër. Decif.* 177. n. 16. *Bellon. consil.* 20. n. 7. *Bart. l. 1. n. 2. de Const.*
Princ. Alexander de Imola consil. 86. n. 1. lib. *Felin. in cap. mand. num.* 2.
de *Præsumpt.*

Thef. IX. Exorto autem dubio, an privilegium pro reali,
an pro personali sit habendum; nimirum si verba personam, re-
liqua

liqva verò circumstantiæ & qualitates rem respiciant variæ Dd. & Interpret. sunt sententiæ. Esse volunt Personale *Sanchez, de matrim. lib. 8. disp. 27. n. 4. Jason. in l. Si sic. 133. n. 12. π. de V. O. Georg. Cabed. P. 2. Decis. 93. n. 4.* ex ratione, quod privilegia sint stricti juris. Reale pronunciant *Cothmann. Respons. 8. n. 85. v. 5. Carol. Tapia de Const. Pr. P. 2. c. 3. n. 30. seqq. Tiraquell. de Jure de primogen. qu. 40. n. 69. Decius ad l. in omnibus 69. π. de R. J. Nos distinguendum putamus: Si Privilegium est omninò favorabile, quod nec juri communi deroget, neque jus tertii enormi lædat præjudicio, in casu dubio pro Reali est æstimandum: tum quod Principis beneficium latè sit interpretandum l. *Benefic. 3. π. de Constit. Princ.* tum quod mansurum esse decet, c. *decret. de Reg. Jur. in 6.* Verum si sit odiosum, & vel à jure communi exorbitet, limitandum & personale judicandum est, c. *is qui defect. 9. ille vero de filiis presbye. in 6.* vel si sit præter jus commune, vergat tamen in præjudicium tertii grandius, eâ, quâ violat tertium parte, personale dici debet. *Antonin. Diana Part. 4. Tract. 3. Resol. 1. Basil. de Leon. de Matrim. lib. 3. c. 18. §. 1. n. 7. Bonacin. disp. 1. de ll. qu. 3. punct. 1. n. 7. Afflic. Decis. 29. n. 27. Lancelot. Templ. omnium Jud. p. 340. n. 4.**

Thef. X. Porro privilegium est vel GRATIOSUM vel REMUNERATORIUM. ILLUD vocatur, quod sine ullo respectu ad merita & facinora privilegiarii gratis conceditur, *Thomius, conf. 32 n. 62. Rauebar. qu. 11. n. 20. part. 2.* Hoc seu REMUNERATORIUM est, quod propter merita vel propria, vel aliena alicui applicata confertur, *Svarez. d. ll. lib. 8. c. 4. n. 8. Bald. in l. fin. de Senat. transit. que tanquam reale ad hæredes, Alciat. l. 4. c. 7. n. 3 p. 347.*

Thef. XI. Aliud quoque est Privilegium PERPETUUM, quod nimirum adhæret rei de se perpetuæ, & absq; ullâ temporis limitatione impertitur, c. *qua semel. c. 19. qu. 3.* aliud TEMPORALE, quod ad certum tempus, solam personam & conditionem restringitur. l. *quoties. 2. C. de prec. Imp. offer. c. Privil. d. R. J. in 6. Hahn. in Comment. ad Wesenb. cit. l. Zoef. in Comment. super Decret. cit. l.* hoc verò quotupliciter contingat, prolixius exponit *Ferdin. de Castro Palao. cit. l.*

Thef. XII. Annectere possemus divisiones privilegii; in ABSOLUTUM & REFERENS seu AD INSTAR, de quo *Herat. Mandos. integrum edidit tractatum, & copiosus est Dominic. Cardin. Tusch. in Pract. Con-*

Conclus. Jur. 763. lit. P. item in AFFIRMATIVUM & NEGATIVUM, ut & SCRIPTUM & NONSCRIPTUM. *Hahn, Suarez, aliq. cit. l. nisi brevitati velificaremur.*

Thef. XIII. Indulgentur autem atq; conferuntur privilegia solum ab iis, quibus competit ill. ferendarum potestas, *arg. l. de quib. caus. 32. §. Inveterat. consuet. ult. w. de ll. §. l. si imperialis ult. §. cum igitur. 1. C. ibid. Antonin. Part. 1. l. 19. c. 1. in pr. Bonacin. Diss. 1. qu. 3. p. 3. n. 1. Salas. Diss. 17. sect. 3. n. 17. quæ penes Majestatem est, five illum, qui habet κούριον τῆς πῆλει. l. quod Princip. 1. l. benefic. 3. w. de Const. Princ. l. leges generales 3. C. d. ll. Bodin. l. 1. de Republ. c. ult. Bertax. de claus. Instrum. class. 21. gloss. 24. n. 1. §. 2. Borcholt. de feud. c. 5. n. 37. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. 1. class. 3. c. 12. num. 41. Etenim cum privilegia aliquid speciale concedant, Thef. 1. in fin. adeoq; juri communi & legi receptæ aut derogent, aut aliquid addant, naturæ & rationi sanæ convenientissimum est, ut etiam ab iis, qui ill. tollere, abolere & sancire possunt, constituantur, quod omnia eodem, quo colligata sunt vinculo, debeant quoque dissolvi. l. Nihil tam naturale. 35. §. l. omnia. 200. w. de R. J. ibiq; Wesenb.*

Thef. XIV. Quæ potestas habetur tum jure proprio l. more 5. w. de Jurisd. l. quæcumq; 1. l. cognitio 4. w. de offic. ejus, cui mand est jurisd. in omni Republicâ, five Monarchicâ, five Aristocraticâ, five Democraticâ, liberâ, nullumq; superiorum, nisi Deum agnoscente. *Aristot. lib. 4. Politic. c. 14. l. Deo auct. 1. in pr. Cod. de vet. Jur. enucl. Obrecht. de jurisdic. tb. 137. tum ex concessione seu beneficio alieno, Reink. in cit. tract. l. 1. class. 5. c. 1. n. 13. Suarez. cit. l. c. 8. n. 5. §. 11.*

Thef. XV. Cum igitur principio Romani more reliquorum populorum *Justin. lib. 1. c. 1. n. 3. §. ibi Berneg. not. lit. c.* nullis certis tenerentur legibus, sed omnia manu, id est, arbitrio & libidine regis gubernarentur, l. *Necessè. 2. §. Et quidem. 1. w. de O. J. Tacit. Annal. 3. c. 26. Dionys. Halic. 10. 1. Wesenbec. ad tit. de O. J. privilegia quoq; propriè loquendo dari non poterant: post deinceps auctis feliciter viribus, paulatim leges latæ sunt. l. Necessè. 2. §. Postea. 2. w. de O. J. quæ inde regia dictæ, l. Negat. lex. 2. w. de mort. inferend. Luc. Valer. apud Liv. l. 34. Tiber. Decian. lib. 2. Tractat. crim. c. 25. n. 2. Item curiatæ, quod curiarum, in quas populus à Romulo divisus, suffragiis & punctis promulgarentur. *Marx. in Tractat.**

Tract. de Ort. & Progr. Imp. Rom. Tit. 3. §. 8. num. 5. Wesenbec. in Comment. ad Tit. de O. J. num. 2. Gothofr. in Manual. J. Civ. c. 1. tumque indulgeri poterant à regibus, si quid alicui præcipuum esse voluerunt. privilegia. Pulsis deinde ex urbe regnoq; regibus imperium ad optimates & populum pervenit, cujus jussu & auctoritate ll. quoq; confitere §. lex est. 4. l. de J. N. G. & C. & privilegia, per aliquot propemodum secula, Bæcl. in Comment. ad Tacit. Ann. p. 5. donec lege Regiâ, quæ tempore Augusti lata l. apud eum. 14. §. imperator. 1. w. de Manumiss. Stirn. in Nomoth. Rom. Germ. tit. 3. p. 1. §. 1. populus in Imperatorem & Principem omnem potestatem suam privativè & abdicativè contulerit §. Sed & quæd Princ. 6. J. de J. N. G. & C. Const. Deo auct. §. Sed & hoc. 7. de Concept. π. Petrus de Andlo l. i. c. 7. & Marquard. Freher. in not. ad h. l. Schütz. colleg. Jur. publ. p. 407.

Thef. XVI. Quocirca hoc privilegiorum conferendorum jure & potestate præcipuè Imperii Romani gaudet Princeps. *l. inter equitatem. 1. §. l. si Imperialis ult. §. Cum igitur. 1. C. de ll. l. ait Prætor. 1. §. Idq; 42. π. de R. N. l. Nupta. 12. π. de Senat. l. femina 18. π. de Testamentar. tutel. quæ ei ita annexa est, ut sicut radii à sole, ita hæc ab Imperatore in alium privativè transfundi non possit Panorm. de Jurisd. l. 1. c. 21. n. 1. Unde & lex viva sive animata in terris dicitur Novell. 105. cap. Si autem. 2. §. Subjaceat. final. Manz. cit. w. Part. 2. tit. 1. §. 6. n. 30. Cumq; hujus ll. omnes, qui sunt in orbe Romano tam Clericos quam Laicos obligent, l. Prætor ait. 3. §. Divus. 5. π. de sepulcr. violat. cap. quo juro & cap. quæ contra mores Distinct. 8. cap. quoniam & cap. de capitulis. Distinct. 20. cap. cum adversum. Distinct. 96. cap. volumus c. 11. qu. 1. Cravett. de antiq. temp. Part. 4. c. ult. n. 8. & seq. Ziegler. in Jur. Can. ad lib. 3. tit. 1. §. 1. p. 646. Jul. Clar. lib. 5. de recept. sentent. §. fin. Arnseus de Subject. & Exempt. Cleric. c. 3. num. 2. privilegia illius quoq; in omni terrâ obtinere debent l. Sacrilegii 5. C. de divers. rescript. l. generaliter 52. C. de Episc. & Cler.*

Thef. XXVII. Et post Imperatorem olim hæc auctoritate fruebantur; Præfectus Prætorio *l. Restituend. 6. §. aliis etiam fin. C. de Advoc. divers. Judic. Prætor, l. hæc bonorum. 1. in princ. π. Unde Cognati. l. mulieri 15. §. in bonis. 1. π. de Curat. furios, Senatus l. non tantum 17. §. Illensibus. 1. de Excusat.* Quæ tamen nequaquam Præfecto Urbi, vel Tribuno Celerum elargita, etiamsi merum habuerint imperium

rium: *l. omnia. 1. in princ. π. de offic. pref. urb. l. Necess. 2. §. Iisdem 15. π. de O. 7.* Etenim meri imperii concessio non sub se continet potestatem condendi leges, & quamvis acriter disputent Dd. an leges ferre sit meri imperii, negativa tamen firmiora in jure habet fundamenta *Zæf. in Comm. sup. π. ad. tit. de jurid. n. 14. Bachro. in not. ad Wesenb. cit. tit. de jurid.*

Thef. XVIII. Hæc moribus antiquis. Nostro quid sentiendum ævo scrupulus, atque dubitatio exoriri potest, Nimirum quod Recessus Imperii satis dilucidè affirmant, Imperatorem absq; consensu statuum II. universales promulgare non posse: *ut in Prefat. des Königl. Land-Friedens zu Worms de anno 1495. §. Darumb mit zeitigem Rath. ii. In Handhabung des Fried. eod. anno ib. d. in princ. Darumb mit zeitigem Rath und Willen/ & in fin. Wir bekennen/das solche abgeschriebene. ii. in Erklärung des Land-Friedens zu Augspurg anno 1500. in princ. Mit derselben zeitigen Rath und hoher Vorberachtung/ verwilligen und annehmen / & R. II. zu Augspurg 1501. circa fi. i. Bekennen und thun Kund das ꝛc. in der Römischen Königl. Majestät/und gemeiner Stände des Reichs Aufsetzung und Ordnung ꝛc. Deinde quod in Ferdinandi III. gloriosissime memorie Capit. art. 37. & in Leopoldi I. Sacratissimi atq; Invidiissimi Imperatoris nostri Capit. art. 34. ista reperiuntur verba: Wir sollen und wollen auch hinführo ohne Vorwissen und Consens der sieben Churfürsten niemandes wes Stands oder Wesen der sey mit Münz-Freyheiten ꝛc. & in fine, oder andern hohen Privilegien nicht begnadigen oder begaben. Præterea adhibuisse quoq; statuum Imperatores consensum multis ante temporibus, clarescere ex *Goldst. Constit. Imper. Tom. 1. p. 216. Lundorp. Act. publ. Tom. 2. libr. 1. tr. 2. p. 14. Andern Theil gründl. Historischen Berichts der Reichs-Vogtley Monit. 4. prælim. p. 28. Denique I-Instrumentum Pacis §. 8. Gaudeant. jus suffragii sine contradictione in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, præsertim ubi II ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum &c. Statibus Imperii tribuere, adde sis Burgold. Disc. 10. n. 15. P. 1. ad Instr. Pac. & Francisci Irentci Colleg. in h. l. Ex quibus Hippolyto à Lapid. in sua dissertat. de Rat. Stat. P. 1. c. 6. sect. 1. nata est occasio, ut hæc protruderet verba: Hoc regale hodiè Imperatoribus non magis quadrare, quàm si exiguo pedi ingentes apes cothurnos, eò quod ob tantam procerum in II. ferendis**

B

dis

Quis potestatem hodiè etiam Imperii, ReichsAbschied/ vel saltem Imperatoris & Imperii Recessus dicantur. *N. A. d. A. 1567. zu Erfurth. §. Aber doch Unsere und des Reichs Ordnung und Constitution.*

Thef. XIX. Verum enim verò non facile ex dictis privilegiorum regale Imperatori prorsus denegabitur. Largiamur quòd in legislatorio jure participant status, quoad potestatem universam in Comitibus, privilegia tamen & immunitates concedere remanebit Imperatoris. *Carpzov. de L. R. c. 12. sect. 2. n. 3. & seqq. Lampad. de Republ. Germ. P. 3. c. 14. n. 2. Aur. Bull. Tit. de Revoc. privil. in fin. & Tur. de Pfsalburg. Boel. in Notit. Imp. Rom. Germ. lib. 4. c. 1. n. 4.* Neque ut aliam asciscamus opinionem persvadebunt Capitulationes. Non equidem inficiamur, sed potius asserimus contra *Limn. & Strauch. Diss. Exor. 4. n. ult. ut & Eitel Friedr. von Herden Grundfest des Heil. Römischen Reichs. P. 1. c. 1. & Dn. Carpz. de L. Reg. c. 13. sect. 1. eas Majestati Imperatoris ex parte derogare, O'denb. in Limn. enucl. lib. 1. c. 10. n. 7. Severin. de Monzamban. c. 5. §. 4. Pacific. à Lapid. in notis & striet. ad Monzamb. Disc. 11. n. 2. Ziegler. ad Grot. lib. 1. c. 3. n. 18.* At quatenus disponunt circa gratias & privilegia, accuratius deponunt judicium, neque sine omni intelligendâ veniunt discrimine. Quippe alia privilegia insigni & grandi lædunt præjudicio II. universales, Principumq; jura, & extremam imperii fundamentis minitantur ruinam: alia verò sunt præter, imò etiam contra leges universales, non tamen illis tantum detrahunt, ut timenda inde Imperii everfio. Quæ igitur prioris ordinis sunt, illa illimitatè Imperatoris non subijcimus arbitrio, sed unâ cum Capitulat. Statuum quoque consensum ad ea requirimus. Quæ verò posterioris loci, salva adhuc hodie circa illa Imperatoris est potestas atq; auctoritas, *vid. Covring. ad Lampad. Part. 3. c. 14. §. 2. Hermes in fasc. inf. P. c. 11. n. 76.* Denique Instrumentum Pacis cum nullam faciat privilegiorum mentionem; de II. ferendis seu condendis tantum intelligi debet: quòd odia sint restringenda, *c. odia de R. J. in 6to. Hippolyto autem satisfacit Johan. Schluterus in animadv. in Ejusd. Diss. tit. l. p. 285. & seq.* Ex quibus evidenter satis apparet, quæ circa gratias adhuc hodierno Imperatori competat & reservata sit libertas.

Thef. XXI. Quod Electores & reliquos Imperii nostri status

tus attinet, illi potestatem hanc habent ex concessione & communicatione, vi scilicet infeudationis & investitura. *R. A. von Handhabung des Friedens d. A. 1521. Worms 8. Darauff befehlen wir ic. bey Verlust aller Gnaden / Privilegien und Rechten / so Ihr von Uns / und dem Heil. Römischen Reiche / oder andern habt ic. Pacifico. à Lap. in not. & striet. ad Severin. Monzamb. Disq. 9. n. 4. Stephan. P. 1. l. b. 2. c. 5. Andr. Knich. de subl. territ. jur. c. 1. n. 187. Petr. Gregor. de Concess. feud. qv. 8. Part. 1. Weise de Princ. eor. jur. th. 20. Vulgò vocatur Superioritas territorialis, die hohe Landesfürstl. Obrigkeit / Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 5. c. 1. n. 1. Carol. Sigon. de Regn. Ital. l. 7. Thom. Mich. de Jurisd. concl. 44. Chr. Besold. de Jurisd. Imp. Rom. qv. 18. Dn. Carpz. d. L. Reg. c. 13. sect. 6. n. 41. & Generosiff. Dn. a Seckendorff passim in tract. suo vom Deutschen Fürsten-Staat. Cujus contemplatione tantum dicuntur Principes posse (illa sâ tamen Imperatoris auctoritate) in suo territorio, quantum ille in toto imperio, *Berlich. var. 2. concl. 4. n. 25. Dn. Carpz. Part. 2. Const. 24. Def. 53. n. 1. & seq. R. A. d. A. 1529. zu Speyer / Tit. von Käyserl. Constitution. Paul. Castrens. c. 228. Decian. resp. 5. n. 17. vol. 4. Caccheran. Decis. Pedemont. 83. n. 17. Mirant. Diss. 6. n. 14. Aueler. Apolog. Colmariens. cap. 5. memb. 3. fol. 322. Schrad. de feud. p. 9. sect. 10. n. 36. Imo quamvis ll. & privilegia ab illis (ad quorum robur confirmatio Imperatoris non quidem necessaria, utilis tamen est. *Beisus de Pact. fam. l. illustr. c. 2. p. 38.*) non solum præter, sed & contra jus commune dantur, tanti tamen sunt valoris, ut in Decisionibus causarum inter Provinciales, quæ disputantur, Camera Imperialis secundum eas pronunciare teneatur. *Ord. Camer. P. 1. tit. 56. arg. cap. venientes de jurejurand. Gaul. lib. 1. Observ. 36. n. 14. Limn. d. J. P. lib. 4. c. 8. n. 253. Nicol. Myler. de Princ. & Stat. Imp. e. 39. p. 365.***

Thef. XXII. Luce clarius inde patet, quæ jura in territoriis suis possideant Imperii nostri Comites, Barones, & libera Civitates. Licet enim his propriè attribui nequeat, die Hohe Landesfürstl. Obrigkeit / *Steph. de Jurisd. lib. 2. Part. 2. c. 1. n. 63.* convenit tamen die Hohe Lands Obrigkeit / die Ober-Lands Herrligkeit / die Lands Obrigkeit / *Knipschild de Dign. & Prærog. Civit. Imp. lib. 2. cap. 5. n. 23. & seq.* quæ eadem plane est cum eâ, quæ dicitur die Hohe Landesfürstliche Obrigkeit / *Conring. ad Lampad. Part. 3. c. 14. n. 25.*

B 2

cujus-

cujusque ex vi etiam privilegia rectè elargiri possunt, *Brant. Epit. Jurispr. l. 3. c. 5. n. 5. Guid. Pap. Decis. 354. p. 544.*

Th XXIII. Relictâ Germaniâ ad exteros vagamur; ubi prima de Pontifice Romano tractatio. Vindicat is sibi jus privilegiorum, & immunitatum conferendarum proprio ausu, idq; amplissimū imò Imperatorio superius; Quando scilicet asserit, sese utramq; potestatem, temporalem ac spiritualem habere, *cap. fundam. 17. Extr. de elect. in 6to. ac super omnem creaturam humanam plenissimam jus & potestatem exercere, cap. 1. §. oportet. & §. ult. Extr. de Major. & Obed. Panormit. in cap. Novit. de Judic. præterea quocq; ad famosum provocat can. Constant. 13. D. 96.* Sed nimirum ut saniores Pontificiū ultrò fatentur, Papa testis est in propriâ causâ, & propterea ei fides non adhibenda, *l. Nullus 10. π. de test. l. omnibus, 10. C. cod. Neque verò Clerici admittuntur testes, quando de eorum commodo & interesse agitur, Ruin. vol. 5. conf. 137. n. 13. Prosp. Farinac. de test. tit. 6. qv. 60. n. 13.* Canon autem Constantinus ex inscriptione, Palea, omne amittit suffragium, *Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. c. 2. c. 1. n. 55.* taceo, quod antiquitatis & historicorum repugnet monumentis, *Limn. Enucl. l. 1. c. 7. n. 18. Camer. Cent. 1. hor. subcis. c. 61.*

Thes. XXIV. Accipienda autem hæc sunt de Superioritate, quam super Imperii Romani Majestate prætendit Pontifex Romanus, & quidem quoad secularia: alioquin in ditionibus, quas ut Princeps tenet summus, ipsi Majestatis adeoq; privilegia dandi jura non abjudicamus. *Dn. Carpz. d. L. R. c. 2. sect. 6. num. 45. Christ. Besold. de Majest. c. 2. n. 2. in fin. Dn. Ziegler. passim in J. Can. Insuper etiam nihil potestati ejus detrahimus Ecclesiasticæ, Geldaß. ab Hainsfeld. de Regn. Bobem. l. 3. c. 13 p. 362. citante Dn. Carpz. d. l. n. 42.*

Thes. XXV. Idem jus impertiendi gratias habent omnes Reges nullum recognoscentes superiorem, & absolutâ, atq; à nemine dependente gaudentes auctoritate, prout Rex Galliæ, Hispaniæ, Sveciæ & Daniæ. *Arum. Disp. feud. 3. th. 13. Jacob de Belvis in cap. 1. quis dicat. Dux aut March. Curt. Jun. conf. 1. n. 30.*

Thes. XXVI. Efficax tandem est in introducendis privilegiis consuetudo, *l. observare 4. §. Ingress. 5. l. Si in aliam 7. π. d. O. Proconf. l. omnia privilegia 35. C. de Episc. & Cler. Felin. in cap. accedent. col.*

ool. 4. & seqq. de Præscript. Ut & temporis immemorialis præscrip-
tio, l. Hoc jure. 3. §. Ductus 4. π. de Aqua quotid. & estivo. l. usum a-
que 4. C. de aqua duct. L. unio. C. de Profess. qui in urbe Constant. l. 12. E-
nenk. de priviil. l. 1. c. 4. n. 23.

Thef. XXVII. Rerum porro multifaria varietas privile-
giorum deposcit sæpissimè interpretationem: quæ ab Enenkelio
lib. 2. c. 2. n. 14. duplex constituitur, alià scilicet generalis, & perpe-
tua, alià particularis & temporalis. Prius interpretationum ge-
nus ei competit, cui condere licet gratias. l. Cum salutat. 1. C. de
Sent. pass. cap. cum veniss. de Judic. Mev. Part. 6. Decis. 341. n. 4. Poste-
rius quibuscumque licet iudicibus, quamvis neque ll. neque privile-
gia ferre possint, dummodo jurisdictionem habeant, l. nam ut
ait. π. de ll. l. questum 13. π. de Test. l. famos. 7. §. Hoc tamen. 13. π. ad L.
Jul. Maj. Et fieri solet interpretatio quatuor modis, vel DECLARA-
TIONE, cum sententia privilegii obscurior & ambigua declara-
tur, vel CORRECTIONE cum quatenus asperior & dubia corrigitur,
vel RESTRICTIONE, si illius generalitas restringitur & coarctatur
vel denique EXTENSIONE, quam glossa PRÆROGATIVAM nomi-
nat, quoties verba privilegii æquitate singulari movente ad alias
personas producuntur, Baro Enenk. cit. l. gloss. in l. sive 1. §. qui operas.
6. in verbis. Interpret. π. ad Senatusc. Tertyl. & in l. facturus. 1. in verbis,
Interpret. π. de O. J. & Bart. in l. omnes populi 9. π. J. & J.

Thef. XXVIII. Hactenus causam Efficientem. Videamus
porro quibusnam impertiri soleant privilegia? Et cum ex dictis
appareat, quod datum illorum sit nota superioritatis, facilis & in-
dubitata est conclusio, subditos tantum gratiarum esse capaces.
arg. cap. privileg. dist. 3. Mev. Part. 3. Decis. 309. num. 9. Math. de
Jurisd. P. 1. c. 33. num. 8. Sicut & ll. nullis propriè, quàm subditis
præscribi possunt. l. Cunctos. 1. C. de S. Trinit. & Pusendorff. J. N. &
G. lib. 1. c. 6. §. 17. Quæ subditorum appellatio hîc non tam strictè ac-
cipienda est, ut solum Principis Jurisdictioni subiectos denotet;
verùm augustius, ut includat tum omnes inferiores. Suarez de
ll. l. 8. c. 9. n. 3. tum omnes illos, qui ob aliquam causam, pro-
pter quam quis forum sortitur, jurisdictioni subjiciuntur, cum
& tales pro subditis ll. agnoscant, cap. fin. extr. de for. compet. Zæf.
in Comment. ad h. l. Gail. lib. 2. observ. 35.

Thef. XXIX. Neque hoc de personis saltem, sed & de re-
bus,

bus, & de causis intelligendum est, l. etate. 3. §. rebus. 1. c. de Cens.
Dominic. Card. Tusch. in Pract. Conclus. jur. 747. lit. P. Quandoquidem
ad felicitatem & salutem populi, quæ suprema Julio Cæsari
in Orat. ad milites apud Dion. Cass. lib. 38. & Marco Valerio Consul.
Romano apud Liv. lib. 36. lex dicitur, conservandam non sufficit
personis, sed & rebus, & causis desepcente utilitate consuluisse.

Thef. XXX. Sibimet tamen Princeps privilegium dare
nequit, & quod illud aliquid vel præter, vel contra leges pro-
mulgatas conferat, quibus jam jam solutus est. l. Princeps. 31. c. d.
ll. l. Ex imperfecto 5. C. de testam. Dion. Cass. l. b. 53. Hug. Grat. lib. 2. c. 4.
n. 12. Vult. ad §. Sed & quod. 6. l. de J. N. G. & C. n. 7. Arnetius de Jur.
Majest. l. 2. c. 3. Niell. Diss. Feud. 2. thes. 3. lit. b. Exercet. lib. 1. c. 8. n. 8.
& quod nec imperare sibi, nec se prohibere quisquam potest.
l. nemo 61. c. de Pact. l. ille à quo. 13. §. Tempes. 4. c. ad Scium Tebell.

Thef. XXXI. De cætero variæ ad irroganda privilegia
invitant & alliciunt causæ. Nunc enim respiciendum est ad me-
rita, quando quis Rempubicam & Principem obligavit sibi, vel
consilii prudentioribus, l. Eum qui. 58. C. de Decurion. i. 10. l. Jube-
mus. 4. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12. tot. tit. C. pro quib. caus. serv. l. sem-
per. 5. §. negotiatores 3. c. de Jur. immunitatis, vel forti & invictâ
manu, l. Sed & milites 8. de Excusat. l. Centurio 15. c. de vulgar. & pupill.
substit. l. Milites. 13. §. illud. 2. c. de re militar. Enekel de privil. milit.
Nunc ad sexum: plura enim mulierum imbecillitati concessa,
tot. tit. c. & C. ad Scium Vellej. l. ex quibusdam 2. §. Complura. c. de Jur.
fisci. l. Si cum. 22. §. Si mulier. 13. c. Solut. matrim. Nunc ad ætatem
hinc privilegia IMPUBERUM, l. Ex pluribus 42. l. Si pupillus 41. de ad-
ministr. & peric. tutor. MINORUM, tot. tit. C. de Minor. MAJORUM,
l. Hujus. 1. §. Verba 1. & passim c. de Major. SENUM l. Semper 5. c. de
Jur. immunit. Nunc ad valetudinem: Excusare quippe hæc
valet ab onere tutelæ §. Item J. de Excus. tutor. aut si quis præ-
fixo termino in judicium non veniat, l. non exig. 2. §. Si quis 3. c. Si
quis cautio. in judic. sistend. Nunc denique ad simplicitatem &
imperitiam, §. Similiter. 3. l. de Excus. tutor. l. Milit. 1. l. Lucius 40. c.
de test. milit. l. quamvis. 1. C. de jur. & fact. ignor. aliis, ut prolixita-
tem evitaturi superfedeamus.

Thef. XXXII. Versantur autem privilegia more legum
circa res honestas, justas atque bonas, Osa Decis. 90. Franc. Marc.
Par-

Parlam. Delphin. Decif. 452. Zæf. ad Decretal. de privil. n. 11. Inde patet, quis sensus verborum in Definitione positorum. **ALIQUID SPECIALE INDULGENS.** Nunquam enim gratia potest esse contraria vel **JURI DIVINO** quandoquidem inferior statuens nequit derogare favori à superiore concesso, *Bartol. in L. Si visibi 12. §. in legat. 3. π. de Leg. Ruin. Consil. vol. 3. conf. 98. n. 10.* Omnis autem humana divinæ est subiecta potestati, quamobrem in jus divinum Princeps nullam disponendi habet facultatem, *c. sunt quedam c. 25. qv. 1.* Sed potius suas divinis conformare legibus tenetur, *l. Sacris 45. C. de Episcop. Nov. 83. c. 1.* **VEL JURI NATURALI.** *Clement. Past. 2. Extr. d. Sentent. & re judicat. Puffendorff. de J. N. & G. l. 8. c. 1. §. 2.* Hoc enim divinâ quadam providentiâ ita institutum, ut semper firmum atque immutabile permaneat, *§. Sed naturalia, 11. l. de J. N. G. & C.* Quod etiam ipsi agnoverunt Ethnici: *Hinc Tragicus in Oedipo.*

*Non id valere credidi jussus tuos,
Ut jura non conscripta, sed nutu Deûm
Concessa sempiterna, mortalis saru
Violare posses.*

Et licet reperiantur, quibus non inconveniens videatur, defendere negativam, scilicet, posse Principem adversus ea, quæ sunt juris naturalis, ex rationabili causâ disponere, *Tapia in rubr. π. de Const. Princ. c. 1. num. 44.* Fundamenta tamen, quibus innituntur, solvi possunt unicâ distinctione, quam legere licet *apud Sotum l. 1. de I. & I. qv. 9. art. ult.* Imò huic juri adeo immutabilitas propria est, ut neque ab ipso DEO illud mutari queat, *Grot. de I. B. & P. lib. 1. c. §. 10. Sot. de Iust. & Iur. lib. 1. qv. 4. art. 5. Guilielm. Grot. de Princ. J. N. c. 3. n. 8. seqq.* Quantum AD **JUS CIVILE** attinet, contra illud, cum ex hominum dependeat arbitrio, privilegia impertiri possunt, modo non adversentur salutis publicæ, *l. Desider. 7. C. deposit. Reink. libr. 2. el. 2. c. 8. n. 3. Coras. in leg. Jura 3. π. de ll. n. 8. Trajan. Plin. lib. 10. Epist. 110.* aut in alterius tendant præjudicium, *l. Impuberi. 40. π. de Adm. & peric. Tut. Bellem. Decif. 738. n. 3. Schurpf. Cent. 3. conf. 43. n. 12. Panorm. in not. in c. suggest. de decem. Mev. P. 7. D. 30. Azvedo in Const. Reg. Hisp. lib. 6. tit. 1. num. 81.* Neque tamen necessarium, ut semper contrarium juri civili statuant: sufficit illa quandoque; aliquid præter illud saltem largiri,

largiri, c. *q̄ota de Procur. & c. Si Christus, de iurejurando, Lal. Mancin.*
Collat. lib. 1. c. 140. num. 10.

Thef. XXXIII. Progredimur ad FORMAM: quæ vel est INTERIOR & ESSENTIALIS, vel EXTERIOR & ACCIDENTALIS. ILLA consistit in concessione alicujus specialis prærogativæ, quæ jure nobis non competeret, l. *Si non. g. C. de testam.* nisi privilegium, consuetudine aut præscriptione sit acquisitum, ubi CONNIVENTIA FORMAM representabit: HÆC SEU ACCIDENTALIS potissimum circa promulgationem & publicationem occupatur, & ab expressis privilegii verbis aut justâ interpretatione addiscenda.

Thef. XXXIV. Commodè hûc reducuntur modi concedendi, quos in conferendo privilegio intervenire necessum est. Qui expediuntur Primò vel VERBIS, vel FACTO, vel, quod frequentissimè contingit SCRIPTURA quibus accedit pro diversitate locorum atqve temporum, STYLI ET FORMULARUM SOLEMNIUM VARIETAS. *Enekl. lib. 1. c. 9. n. 10.* VERBIS seu VIVA VOCE concedi dicuntur; quando Princeps nudis verbis suam declarat voluntatem, nullo facto vel scripturâ superveniente. c. *instit. 7. c. 25. q. 2.* & sufficit si, quod Imperatori Trajano familiare fuit. *Ferrar. ad l. Privil. 196. π. d. R. J. unica voculâ FIAT sententiam Princeps suam declaret, Molin. lib. 2. de Primog. c. 7. n. 55. Rebuff. in prax. benefic. 2. p. signat. n. 15.* FACTO: Si per solennem actum, Princeps aliquem à communi aliorum sorte eximit, & gratiâ seu favore felicitat. Quo facto confestim jus sibi acquirit privilegarius. Sic equestrem adipiscuntur dignitatem, quorum Rex Angliæ, gladio solùm evaginato, humeros aut tergum leviter tangit, *Smib. l. 1. c. 18. de Republ. Anglor.* SCRIPTURA denique si Principis voluntas certo verborum ordine & solennibus formulis pro cujusvis aulæ observantiâ ac stylo exponitur. Quod ideò frequentatur, quo luculentior appareat Rescripti Principis veritas, l. *instrumenta. 5. C. de probat. l. plures. 19. C. de fide Instrum.* Neutiquam verò scriptura ad privilegii ESSENTIALEM FORMAM est necessaria, *Lal. Mancin. Collat. lib. 1. c. 140. n. 10.* Et quamvis Flamin. *Paris. de Resignat. benef. 1. l. qv. 12. n. 18.* adfirmet, quod gratia dicatur informis literis non expeditis, atqve Domini de Rotâ *Decis. 458. n. 5. in nov. & Decis. 20. n. 5. de Concess. præbend. in nov. ut & Ægidius Bellem. conf. 34. in fin.* statuunt, perfectionem & formam da-

ri

ri gratiæ per expeditionem literarum: Illa tamen omnia de forma accidentali explicari possunt, nimirum quod evidens favoris exhibitum testimonium scriptura existat. *Gutierrez. lib. 4. Civil. qu. 9. n. 1. Bald. in l. human. qu. 3. C. de ll. & in l. si qui per calumn. n. 5. in fin. C. de Episc. & Cler. Ferdin. de Castro Palao. Tractat. 3. Disput. 4. Punct. 3. §. 1.*

Thef. XXXV. Diximus locos & tempora variare styllum. Hinc quales curiæ cujuslibet sint solennes formulæ, experientiâ & usu potius, quam doctrina atque regulis docemur. Quibus tamen Romani plerumque usi sunt, exponit accuratâ fatis atque commendabili industriâ *Briffon. de form. Rom. lib. 2. §. 3.* Et si nostrum quoque ævum contemplerur, certa & omnibus accommodata tradi nequit formula: Nihilominus quæ ad eam ex juris communis dispositione faciunt, hæc exhibebimus. Nimirum præmittenda est invocatio sanctæ & individue Trinitatis, *Jacob. Menoch. de Possess. remed. 4. n. 711.* Huic subjungendum Principis concedentis nomen, *Novell. 47. c. 1. Panorm. in c. ex Epistol. 1. extr. de Probation.* Post, annus à Nativitate Christi, *Felin. in c. si scriptum extr. de fide Instrument.* Mensis, dies & locus, *l. si qua. 4. C. de divers. Rescript. l. Secundum. 4. C. de contrah. vel amitt. stipulat. apponendi.* In Rescriptis autem seu privilegiis Pontificum rarissimè annus Domini, sed Pontificatus ex antiquâ consuetudine exprimitur, *Bald. in præm. Decretal. col. 4. Enekkel. de Priv. lib. 1. c. 9. n. 20.* Subscriptio quoque; Principis, quæ fiebat olim sacro Encausto, *l. Sacri. 6. C. de divers. rescript. & pragmat. sanct. Panciroll. in memorabil. lib. de Encaust.* ut & Epistalmatis appositio, *c. in ver dilectos. 6. §. Sed contra. extr. de fide instrum. Salycet. ad l. Bene à Zanon. 3. C. de quadrienn. præscript. n. 3.* his annumerari possent. Instituta tamen Rerum-publicarum & consuetudines præsertim observari debent. *arg. c. cum dilectus. 9. extr. de fid. instrum.*

Thef. XXXVI. Secundò exponit favorem suum Princeps VEL AD PRECES ET SUPPLICIA, VEL MOTU PROPRIO, qui ex Dd. sententiâ dispescitur in VERUM SEU NATURALEM, ET SIMULATUM SEU AFFECTATUM. ILLE est quando Princeps ad aliquid concedendum ex liberrimâ voluntate sine ullius petitione movetur, *l. si quis 13. C. de offic. Rect. Provinc. l. si imperialis. 23. §. singul. 4. C. de Nupt. Bald. in cap. nisi spectabilis n. 4. de offic. leg.* Talia sunt ple-
C
raq;

raque privilegia in jure civili scripto comprehensa, quæ omnibus, etiam antequam in cogitationem illorum veniret, Princeps ultroneè contulit. *Bart. in auth. quas actiones C. de SS. Eccles. Id. in leg. si vacantia fisci. C. de bonis vacant.* Hocq̃ peculiare habent, quod nullo obreptionis aut simili vitentur crimine, *l. si qui. 1. C. de petit. bon. ablat. lib. 10. c. si motu. 23. de prebend. & dignit. in 6to. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 3. cas. 201. n. 80. Sanchez. lib. 8. de dispens. Disp. 21. num. 47. & 52.* Extepto tamen casu, quando indultum est, quod concedens nec potuit, nec voluit. *l. si quis penult. C. de off. Reft. Provinc. Enekel. lib. 1. c. 5. n. 10.* HIC SEU AFFECTATUS est, cum revera ad preces supplicatis data est gratia, literis tamen inseritur nullas intervenisse preces, *Sanchez. consil. Moral. lib. 6. c. 9. Dub. 8. num. 1.* Cui alias cum priori idem effectus, nisi quod hîc semper locus sit exceptioni obreptionis, *l. si quis penult. C. de off. Reft. Provinc. Menoch. cit. l. n. 79.* Ad preces deniq; concessum dicitur privilegium: quando illud ab his, quibus facultas elargiendi est, supplicando & rogando obtinetur. *Ferd. de Castr. Palao tract. 3. Disp. 3. Punct. 2. §. 6. n. 1.* Ubi regulæ, quas *Enekel. lib. 1. c. 6.* impetraturis proponit, diligenter observandæ.

Thef. XXXVII. Quacuncq; igitur forma & modo Princeps concedat privilegium, nunquam temerè illud faciet, sed certum finem respiciet scopumq; ; qui est exhibitio clementiæ, quæ velut fundamentis sustinetur utilitate *l. Jus speciale. 10. w. de ll. l. nulla juris 25. ibid. evidenti. l. in rebus. 2. w. de C. Princ. cap. non debet. de consangu. & publicâ. l. Jus autem. 7. de J. & J. l. Barbarius. 3. w. de off. Præf. ut & æquitate, l. Placuit. 8. C. de judic. l. in omnibus 90. π. de R. Jur.*

Thef. XXXVIII. Ceterum quando quælibet etiam syllaba privilegii aliquem sortiri debet effectum, *Staphil. de lit. grat. tit. de vi & eff. claus. §. 1. num. 6. Simon de Præf. de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpr. 3. dub. 2. solut. 5. Casp. Klock. Tom. 3. Cons. 25. num. 46. Bertraz. cons. crim. 147. num. 6. Anton. de Bar. cons. 19. n. 3.* ne Principis eludatur auctoritas; quibusnam fortunent privilegia possessores effectibus contemplerur. Præcipuus autem est, quod à juris liberet dictamine *l. Si domin. 25. w. ad Scrum Vellej. & quietum impetratæ immunitatis præbeat usum atqve exercitium l. Notum 1. C. d. quadr. præscrip.* Quin prodita sunt quoque pro tuendo privi-

privilegio remedia, velut: ACTIO, TAM REALIS, QUAM PERSONALIS, NEC NON EXCEPTIO.

Thef. XXXIX. Quippe REALEM instituere potest Privilegiarius ACTIONEM, vel PETITORIAM, vel POSSESSORIAM. HÆC UTILIS, appellatur uti possidetis interdicti, & cuiusque competit, quoties in juris sui exercitio inquietudine lacessitur, l. *Sanesi*. 14. *de Injur.* l. *Sicut autem*. 8. §. *Distant*. *de Servit. vindic.* Menoch. *de Remed. vet. possess. remed.* 3. n. 131. & seq. quia isto interdicto pro omnibus incorporalibus juribus, si turbatio præcesserit, pugnatur, l. *Sicut*. 5. §. *fin.* *de Serv. vindic.* Dn. Finkelklaus. *De jure Patron.* c. 8. n. 33. & Dn. *Præses Promotor meus summa devotione venerandus in action. forens. exposition. membr.* 24. c. 2. ILLA dicitur CONFESSORIA UTILIS, cum non solum ad res etiam incorporales porrigatur, utl. *Hoc amplius* 9. §. *Alfer*. 2. *de damn. infect.* Unde pro asserendo privilegio adhiberi posse concluditur, *Forst. ad Instir. disput.* 7. thes. ult. lib. 4. *Schneidvv. ad §. equal. de action.* n. 10. PERSONALI acturus, vel injuriarum habet actionem, contra eum, qui privilegio uti dolosè impedit, l. *Si quis*. 24. *de Injur.* l. *qui pond.* 25. *de act. empr. & vend.* vel Condiçione ex lege potest experiri adversus illum, qui aliquid contra concessum molitur privilegium ad pœnam in eo constitutam. Violatores autem debite puniri vult Pontifex in *cap. quando* 26. *Extr. de Privil.* & *Zaf. in comment. ad h. t.* n. 25. Denique EXCEPTIONEM privilegarius opponere potest, vel DILATORIAM, vel PEREMPTORIAM. ILLA locum inveniet in privilegiis certâ temporis determinatione circumscriptis: HÆC cum actionem in totum tollat, *Ludvv. Exerc.* 17. thes. 2. lit. d. in privilegiis perpetuis adhiberi potest commodissimè.

Thef. XL. Sed cum nihil in hoc seculo possit esse perpetuum & constans, l. *cum* 33. & ibi *Barth.* *de S. P. U. l. in confi m.* 8. *de confirm. Tut. auct.* in his præsertim rebus, quæ à facto vel voluntate hominis procedunt, l. *omnium* 9. *C. de testam. l. in ipsius* 5. *C. de famil. hercisound.* Restat quomodo privilegia finiantur quoque & amittantur, proponere. Facit autem cessans causa cessare privilegium, l. *Si duas* 6. §. *ath'era* 14. l. *Geometra* 22. l. *Idem Ulpianus* 12. §. *Sunt* 1. *de Excus.* Dn. *Carpzov. in D. spur. de Privil. Elect.* & *Duc. Saxon. de non appell. cap.* 5. num. 4. *Carol. Tapia. de Constit. Princ.*

Part. 2. c. 4. §. 1. Tiragvell. in tract. cessante causâ. Part. 1. §. 203. Sic Scholares non studentes, nequaquam gaudere possunt privilegiis Studioforum, *Joh. Monach. in Procem. lib. 7. col. 2. vers. ex quibus Tiragv. cit. l. n. 206. & 208. Horat. Luti. de his. qui privil. Schol. gaud. n. 3.* Neque defectum personæ clausula motus proprii tollit, *Menech. lib. 2. pres. 20. Ret. Dactyl. 3. in nov. Euenkel. lib. 1. c. 5. n. 3.*

Thef. XLI. Tolluntur item REVOCATIONE concedentis, si scilicet adsit causa sufficiens, gravis & rationabilis. *Francisc. Nig. Cyriac. Controv. for. 57. n. 3.* Equidem non pauci istam tuentur opinionem, posse Principem pro libito suæ voluntatis absque ullâ justâ causâ gratiosas concessionis liberè revocare, quos allegat *Ant. Gabriel lib. 3. tit. de jure quasit. non tollend. Conclus. 7. num. 1.* quandoquidem voluntas Principis pro justâ reputari causâ debeat, *gloss. in l. Relegat. 4. π. de Porn. Euenk. lib. 3. c. 3. n. 3. Bald. in l. ult. col. 3. C. Senten. rescind. non posse:* Plures tamen æquitati & naturæ convenientiorem amplexantur viam, tradentes: nihil magis regiâ Majestate indignum dici posse, quàm quod, absq; causâ eminenti & singulari revocare soleat privilegia, *Lud. Molin. de Hisp. Prim. lib. 4. n. 3. c. 18. Camill. de Medic. conf. 118. n. 29. Don. Frisc. de Alfaro de off. Fisc. gloss. 34. n. 14.*

Thef. XLII. Nullum autem invenit Revocatio locum, I. in privilegiis, quæ ex causâ onerosâ vel remunerationis gratiâ concessa sunt, quia transire videntur in formam contractus, *Hippol. Riminald. conf. 546. n. 96. Botta conf. 87. n. 45. Tiragvell. in l. Si unquam verb. donat. n. 14. C. de Revocand. donot. Carol. Tapia P. 2. c. 9. d. C. Princ. Klock. consil. l. 1. Tom. 3. n. 36.* Princeps verò ex contractibus & naturaliter & civiliter obligatur, *Sotomayor Controv. quot. lit. 6. c. 18. n. 7. Lud. de Pont. Rom. c. 352. Molin. tom. 2. de l. & I. Disp. 261. in fin. v. Utrum autem si Princeps. Dom. Card. Tusch. in Pract. conclus. 690. lit. P. & 751. Hug. Grot. l. 2. c. 14. §. 6. n. 1.* Licet enim Deus illi leges, nunquam tamen contractus subjecit, *Francisc. Salgado in Labyrinth. creditor. Tom. 1. c. 38. n. 15. Rauckbar. P. 2. qu. 11. n. 126. Curt. Jun. in l. 1. princ. n. 11. π. quod quinq; juris. Thoming. conf. 32. n. 31.* Utpote in quibus natura æquitatem imperat, *Grot. lib. 2. c. 12. §. 8. Valenc. de Velasqv. conf. 2. n. 63. 64.* Imò tanta est justitia contractuum, ut ipse Deus nunquam ab iis discedere possit aut velit, quæ ex libero volun-

voluntatis decreto creaturis intelligentibus promittit, *Hemfeld, in disput. de contract. Princ. c. 3. n. 6.* II. Si gratia sæpius sint renovatae *Klock, Tom. 3. conf. 7. n. 663.* geminatio enim facultatem revocandi tollit, *Pologner, conf. 1. n. 175.* cum iteratae confirmationes efficaciorum disponentis faciant voluntatem, *Job. Gutierrez, lib. 3. qu. Pract. Civil. 17. n. 137.*

Thef. XLIII. **RENUNCIATIONE** etiam cessant: quæ fit duobus modis vel **EXPRESSE**, quando quis aut verbis aut literis mentis suæ interpretibus profitetur, se jure suo amplius uti nolle, *l. Si quis. 1. w. si quis in jus voc. l. Si fidej. 7. in princ. w. qui satisd. cog. l. Sed § 4. l. questum 4. w. Si quis caut. Dom. Card. Tusch, Pract. concl. Jur. 759. lit. P. Zæf. in decret. de Privil. n. 34.* Vel **TACITE**, quando quis non expressis verbis, sed non usu aut actu contrario præsumptionem de mutata voluntate excitat, ut videatur privilegio renunciatum esse, *l. cum furios. 39. §. 1. π. de Judic.* Videlicet non-usu decem annorum jure communis privilegia expirant, *Mev. Part. 2. Dec. 1. n. 1. Job. Aloys. Rec. Collect. P. 3. Dec. 681.* Quæ regula limitatur, 1. Si non adfuit occasio utendi, *arg. l. Et Avilicinus. π. de S. P. R. Decian. conf. 59. n. 74. § 75. Don Garfia de Masrill. Dec. 96. Part. 1. n. 6. Horat. Mandos. de Privil. ad Inst. qu. 10. gloss. 15. n. 9.* Qui enim actionem intendere nequit, adversus eum non currit præscriptio, *l. super annali. 1. §. ne autem. 2. C. de annal. except. Conf. Marburg. 14. n. 13. Rauchb. P. 2. qu. 11. n. 100.* 2. Si adfit clausula in privilegio, **AD LUBITUM VOLUNTATIS TUÆ**, tunc etsi per multos annos non usus esset hæc facultate, privilegium tamen non amittit, *Ant. Capyc. Decis. 134. n. 6. Schurpff. cent. 3. conf. 29. n. 3. Thom. Trivisian. Dec. 15. lib. 1. n. 11. § 36. Klock, Tom. 3. Conf. 15. n. 113. § seq.* Actu verò contrario amittitur, ut si quis habens immunitatem à tributorum onere illa solvat, *c. 6. § c. accedent. Extr. de Privil. Zæf. ad h. t.* Quin præjudicat sibi privilegium possidens amplissimum, si eò strictè utatur per legitimum tempus, ut postea eò large uti nequeat, *Menchac. illustr. contr. l. 1. c. 2. n. 7. Farin. Decis. 596. n. 3. Girond. de Privil. n. 1304. Soismayor. quotid. contro. lib. 6. c. 33. n. 27. Dom. Card. Tusch, pract. concl. 576. lit. P.* Quot autem actus contrarii requirantur, anceps inter Dd. est quæstio. Nos Gallium secuti, *l. 2. obs. 69* unicum etiam actum.

directè contrarium renunciationem inducere posse, asserimuꝝ
l. commiss. 4. C. de pact. inter Empt. & Vend.

Thef. XLIV. Sequitur abusus, qui etiam destruit privilegium, *Salycet. ad l. qui sub pretext. C. de SS. Eccl. n. 2. Guilielm. Redo. de Simon. Part. 1. f. 50. n. 3. c. 13. Thoming. conf. 24. qv. 7. n. 1.* Indignum quippe se facit privilegio, qui concessâ abutitur potestate, *l. Christi. 6. C. de pagan. c. privil. 63. c. 11. qv. 3. suarum 11. Extr. de Privil. Zæf. ad b. l. n. 38. Dom. Card. Tusch. Concl. Pract. 754. lit. P.*

Thef. XLV. Concurfus quoque privilegiarii cum privilegario efficit, ne quis suâ uti possit gratiâ, *l. verum. 11. §. item. 6. w. de Minor.* Unde filius familiâs non potest uti Macedoniano contra alium filium familiâs, *Anton. Faber. Decis. 12. Job. Aloys. Rcc. Collect. P. 2. D. 348.* quam profundam & subtilem controversiam eruditè tractavit Trentac. *lib. 3. Pract. Resolut. 1. de Reserv. & Privil. Carol. Tapia c. 8. P. 2. de C. P.*

Thef. XLVI. Delictum porro aliquod enorme seu crimen privilegia excludit, *l. Sed si ex parte 4. §. quanquam. 1. n. quod cum eo,* Hæc enim benè non malè meritis dantur, *l. testam. 26. w. de testament. Tusch. Concl. 757. lit. P. Enekel. lib. 3. c. 17. n. 2.*

Thef. XLVII. Tandem pervenimus ad CAUSAM DESTRUENTEM FATALEM SEU MORTEM, quæ vel est concedentis, vel Privilegarii; ab illius nimirum superioris obitu non statim amissio privilegiorum dependet. *Enekel. l. 3. c. 2. Molin. Tom. 2. Disp. 298. c. si nulla 36. de prebend. in 6to. Zæf. in decret. de privil. n. 30.*


Thef. XLVIII. Quod ad privilegiarii spectat mortem, utraqve & naturalis & civilis privilegiorum amissionem accelerat, *l. qui decess. 4. n. qui satisd. cogant. l. si quis 11. §. fin. w. de test. tut.* Namque naturalis mors cum omnia solvat, *Nov. 22. c. 20. in pr.* etiam privilegia, quæ non sânt perpetua, sed personalia, haut dubiè extingvit, *l. forms. 4. §. quanquam 3. de Cens. l. in omnibus 63. l. Neratius 91. w. de R. J.* Mors civilis olim erat maxima & media capitis deminutio *l. verum 63. §. ult. w. pro Sucto Enekel. lib. 3. c. 13. num. 5.* Hodiè hujus simulacrum gerit bannus Imperialis, *Struv. Jurispr. Rom. Germ. forens. lib. 1. tit. 14. §. 4. Pomeresch. ad §. 2. Id. Cas. Demin. hinc bannitus omnia jura atque privilegia amittit, Gail. lib. 1. Observ. 1. n. 137. §. l. 2. de P. Publ. c. 12.*

Thef.

Thef. XLIX. Quæ non personis tantum, sed & universita-
tibus & civitatibus aptari possunt. Moriuntur NATURALITER,
châsmate, incendio, ruina ex terræ motu, *Bart. in l. 27. §. 2. w. ad
Municip.* CIVILITER, si ob delictum jussu Magistratûs funditus
evertantur quod olim ducto aratro fiebat, *l. 21. w. quibus mod. usum
fruct. amitt.* hodiè banno & præscriptione contingit, *Gail. lib. 2.
Obs. 60. Eneck, lib. 3. c. 14.*

Thef. L. Hic terminalia sunt; omnia quidem non expo-
fui, quæ debebant. neque enim volui, neque potui, quia omnium
habere memoriam divinitatis est, *l. 2. §. 14. C. de V. J. E.* Ceterum
si alicubi erravero illud Euphormionis in *Satyrici sui lib. 1.* me
solabitur: Habet hoc triste mortalitas privile-
gium, ut liceat aliquando peccare.

S. D. G.



Cui stanti in cathedrâ dixi bo-
na verba Sophorum:
In Themidos stanti cur ea
verba negem?

Dico lubens, doctumq̄ Patri,
magnisq̄ Patronis
Auguror, ingenio fîsus &
arte, Virum.

Bonæ scævæ ergò Politissimo SELIGMANNO,
amico svavissimo faciebat

FRID. RAPPOLT. SS. TH. D.
& Prof. P. Acad. h. t. Rector.



AB: 152953

ULB Halle 3
003 011 747




Handwritten mark resembling a stylized 'B' or '8' in blue ink is located to the right of the barcode.

Vd 17







Q. D. F!
DISSERTATIO JURIDICA,
Quam Indultu
Magnifici Jctorum Ordinis

In Almâ Lipsiensi,
SUB PRÆSIDIO
VIRI
Summè Reverendi, Præ-Nobilissimi, Excellentissimi
atqve Consultissimi

DOMINI
D. BARTHOLOMÆI LEONHARDI
SVENDENDÖRFFERI,

Jcti consummatissimi, Codicis Professor. celeberrimi,
Canonici Martisburgensis, Curiaè Supremæ & Facultat. Ju-
ridic. Assessor. gravissimi, hujusq; Academiaè
Decemviri &c.

Domini Patroni ac Promotoris sui
omni observantiâ prosequendi, colendi,

De
PRIVILEGIIS,

publicæ subjecit disquisitioni
CASPAR-CHRISTIANUS Seligmann/
Zittâ Lusat.

A.&R.
ANNO M DC LXXV. d. XI. Novemb.
H. L. Q. C.

LIPSIÆ, Literis JOHANNIS GEORGI.

39. ~~40~~